



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

VI. Yo von Königsmark setzt den Herrn Meinhard in den Besitz des Hofes  
zu Königsmark, am 30. Sept. 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

Burchardus, comes de Mansfelt publice recognouit et fatebatur, quod sufficienter et honorifice sibi perfoluisset atque pagassetis quingentas marcas argenti et ponderis Stendal. ex parte Sehufen et Werben ciuitatum atque vassallorum residentium in prato, pro quibus vestra litera aperta nomine fidei-jussorio sibi per vos fuit obligata, referens vobis multas gratiarum actiones, nichillominus dimittens vos a predicta pecunia omnino liberos quitos et solutos, quod presentibus firmiter protestamur. Datum Tangermunde et actum ibidem sub anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XX nono, sabbatho proximo post Andree.

Gercken's Dipl. II, 47.

**VI. Do von Königsmark setzt den Herrn Meinhard in den Besitz des Hofes zu Königsmark, am 30. Sept. 1334.**

Ego Yo de Königesmarcke famulus, publice recognosco per presentes, quod ex iusu et consensu illustris principis domini mei Lodeuici Marchionis et legacione speciali Marscalci siue que fratris Aduocati in Arneborch dicti Yfentryth dominum Meynardum in Königesmarcke ad curie possessionem dicte Ekbon duxi corporalem pacifice possidendam sibi adjudicatam et habendam, sicut venerabilis pater Kyouienfis Episcopus possedit eandem convertendo in pios usus disponendo faciendo ut sue placuerit voluntati. Nichilominus villicis — mihi assumptis mandatum predicti domini mei Marchionis prememorati dominum Meynardum possessionem memorate curie investitiui. Acta sunt hec Hynneborch, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXXIV<sup>o</sup> in crastino Michaelis presentibus Sabello Nygenkerken, Fritzone Vinzelbergh, Betekino Dequeden, Henningo Mesebergh, Arnolfo Kalberwisch, Mathia de Jaghon aliisque famulis in Advocacia Arneborch residentibus quam pluribus fide dignis assumptis in testimonium premisorum una cum sigillo meo presentibus sub appenso.

**VII. Markgraf Ludwig's Privilegium für die Schächter in Pritzwalk nach Seehausenschem Rechte, am 5. Jan. 1335.**

Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> tricesimo quinto, in vigilia Epiphanie domini, Ludovicus etc. matura prehabita deliberatione pia consideracione moti prudentibus viris & discretis Carnificibus ciuitatis nostre pritzwalg hoc imperiti sumus beneficium gratie singularis, videlicet quod ipsis pecudes & pecora comparare ipsas & ipsa mactare & debite vendicioni exponere pro ipsorum voluntatis beneplacito, secundum tamen ritum & modum ciuitatis nostre Sehufen aliarumque nostrarum ciuitatum libere valeant, contulimus dedimus & concedimus presentibus omnimodam facultatem. Annuentes preterea ut ipsi gildam etiam secundum comunem aliarum nostrarum ciuitatum consuetudinem inter se instituant & quod discretiores ex se pro eiusdem gilde magistris & rectoribus recipiant & assumant, Nolentes etiam quod iudei ibidem morantes in carnibus mactandis siue vendendis ipsis carnificibus quomodolibet preiudicent, sed quod ipsis mactent & vendant sicut ceteri nostri iudei in Sehufen & alibi hactenus facere consueuerunt.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, Nr. XXXIV.